



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

93. Amatoris Crucifixi nulla est consolatio maior in atrocissimis tormentis;
quam à ligno, in quo Christus pependit.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](#)

III.

AMATORI CRUCIFIXI

nulla est consolatio maior , in atrocissimi
tormentis , quam à Ligno , in quo
Christus pendit.

SS. IO-
NAS &
BARA-
CHYSI-
VS.

Ionas in-
terroga-
tur.

Respondet
animosè.

ILUSTRE fuit Martyrum SS. Ionas & Barachisij fratum , sub Saborio Per- sarum Rege , qui incredibilia penè passi sunt. Et quidem Ionas cùm à tribus Magorum Principibus interrogatus es- set, mallet ne Regis Saborij iussis pa- rere , quām vitam in atrocissimis sup- plicijs cum igaominiā , deserere , re- spondit: Nunquam ego negabo D. meū IESVM CHRISTVM. Tunc ira concitati Magi , iussérunt , vt legē Persicā vinci- retur. Traiecta igitur virgā inter ma- nus & crura truncō similis humili vol- uebatur. Tunc ministri spinosis è ma- lo Punica virgis , cum crudelissime verberarunt , adeò , vt lateribus vndi- que dilaceratis , sanguine suo pauimen- tum rigaret. Iussérunt deinde , vt ex al- tero pede funiculo vincitus in pruinam & glaciem extraheretur , obseruatut- que quid frigoris causa faceret.

Rogatus postea quomodo noctem illam-

illam glacie ac frigori expositus trans- *Consolat-*
 egisset, ionas, qui totus erat in sanctissi- *tio in atroc-*
 mis CHRISTI Vulneribus contemplan- *cissimis*
 dis absorptus, Principes, inquietabat *tormetis.*
 mihi credite, ego à prima Natiuita-
 tis meæ die, nullam vñquam noctem
 tranquilliorē, suauioremque mihi
 extitisse memini. Præfō enim mihi
 fuit consolatio vna omnium dulcissi-
 ma ex Sacro-sancto illo LIGNO, cui
 affixus Dominus meus IESVS CHRI- *Lignum*
STVS suis liuoribus nostros languo- *Crucis vī-*
 res egregiè sanavit. Sicque ad diri- *res addit:*
 ra se obtulit. Et sanè post manuum
 pedumque præcisos digitos, cutem
 capitis ei abraſerunt, linguam euul-
 serunt, & in vas ardente pice & resina
 plenum coniecerunt, id quod tandem
 Amatorem CRUCIFIXI derubarunt;
 sed pice diuinitus diffluente, in co-
 cleam ad extremum coniectum, tan-
 ta vehementiā torserunt, ut omnia eius
 ossa confringerentur, tunc per medium
 dissecuerunt, delicijs à CRUCE CHRI- *S. Barac-*
STI mutuatis ad finem usque delibutū. *chisius,*
 Similia Baracchisius paſſus est, & uter-
 que martyrio coronatus per CRUCEM
 in cælum concendit.

104 CHRISTVS CRVCIFIXVS

Tempore Constantij & Constantii Imp.
VIII. Anno CCCXLIV. Iulij Papa VIII.

IV.

AMATOR CRVCIFIXI

94.

manibus ad Crucis modum peccati
applicatis. Sacram Euchari-
stiam accipit.

Ecclesie
antiqua
consuetu-
do.

Ante Cō-
munionē.
in ieiunium.

AD illam praxim ducere potest Stau-
rophilum antiquissima Ecclesie
consuetudo. Nam ad sacram Com-
munionem cum singulari reverentia
percipiendam varij ritus adhibeban-
tur. Tempore Apostolorum Christia-
ni communicaturi, ieiunabant dicto-
rum, dummodò valetudo permetteret
usque ad Cenam Dominicam, ut col-
ligitur ex 1. ad Corin. cap. 11. 34. vbi A-
post. Si quis esurit, domi manducet, ne-
pe, si famem sustinere non possit donec
ad Cenam conueniant.

Deinde, populus Panem & Vinum
in Ecclesia tradebat Diaconis, qui ea-
dem ad altare feriebant.

Tum communicaturis apponebar-
tur tabellæ, quasi mensulæ. Sicut hoc
tempore ad mensam coopertam linte
communicamus.

Elam.